

ILLVSTRISSIMO  
REVERENDISSIMOQVE  
PRINCIPI AC DOMINO;  
DN. ERNESTO ARCHIEPISCO-  
PO COLONIENSI, ET S. ROM. IMP.  
Electori. Episcopo Leodiensi, Bauariæ vtri-  
usque & Bulioni Duci, &c. Domino  
suo clementissimo felici-  
tatem P.



VM teste Cicerone tria sint  
expetendarum rerum genera  
Illustris. Princeps, & Præsul  
Reuerendis. vnum, quod sua  
vi & dignitate nos ad se trahat: aliud ve-  
ro quod propter fructum & vtilitatem  
quærat: tertium ex horum partibus  
iunctum & sua vi & dignitate nos ad se  
alliciat, & quo magis expetatur præ se  
ferat aliquam etiam vtilitatem, Alche-  
mia merito tertij generis censebitur. Si  
enim dignitatem respiciamus, quid di-  
gnius ea scientia in qua tota pene natu-  
ra, totaq; rerum vniuersitas tanquam in  
liquido speculo conspicitur, quum se  
habeat instar mundi minoris, in quo  
sunt quatuor elementa, & quinta natu-  
ra, quam coelum vocant? Si illi qui ani-  
(:) 2 mantium